



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

§ 1. Abbas S. Maximini ab omni memoria ad Comitia Imperialia citatus fuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

nis Comitibus de anno 1548. §. wann auch vbi in immediatis Imperii Statibus has qualitates requirit, die Stände und Stimm in Reichsuersamblungen vnd Läden vom Reich hetten: id est, qui sessionem & votum in Imperii conuentibus & feuda ab Imperio haberent.

Et quidem feudatarium esse Imperii, tanti semper factum est, vt olim penes eiusmodi Ius eligendi Imperatorem esset; certè ab Archiepiscopis, Episcopis atque Abbatibus Imperii feudatariis & electum fuisse Ottonem IV. & Philip-pum Imp. luculentis testimoniis probat Baronius, ad annum 996.

Prædictas igitur notas & proprietates in Abbate & Monasterio S. Maximini reperiri, ordine nunc ostendendum est.

S. I. Abbas S. Maximini ab omni memoria ad Comitata Imperialia citatus fuit.

HOc in Cancellaria Imperij notissimum est, neque probatione eget, pos-sentque proferri innumeræ citationes ad singula Imperij comitia, quas etiamnum Archiuum S. Maximini seruat, quarum breuem relationem multis alijs omisis habes Num. 77. Vnde constare potest à centum sexaginta circiter annis Abbates pæne quadragies ad comitia euocatos.

Non tamen hîc prætereundum, quod licet ad Comitata Imperialia euocati sint Prælati Maximiniani tanquam reliqui Imperii Status immediati, tamen non fuerint aut non sint obligati comparere nisi Moguntiam, Coloniam, Me-tas ad generale Concilium siue Colloquium aliqua necessitate cogente fue-rint inuitati. Ita habet expressè priuilegium S. Henrici Imperatoris sub N. 20. Quod S. Henrici priuilegium confirmarunt Imp. posteri, Carolus IV. Wen-cellaus, Maximilianus I. Carolus V. & alij. Id autem Priuilegium eo firmitus est, quia in oneroso contractu fundatur, fatetur enim prædicto loco S. Henricus Imp. se eam gratiam, seu potius compensam facere Maximiniani Prælatis, v-na cum alijs Priuilegijs ibidem concessis, ob ingentem illum agrorum nume-rum, quem Sancto Maximino abstulit, & S. R. I. Proceribus & Militibus infeudauit. Hoc ipso Priuilegio frequenter vsi sunt Prælati, illud Anno MDXXVI. Abbas Vincentius Imperialibus Registris vna cum aliorum Imperij Statutum Priuilegijs inseri & incorporari fecit, postquam idem Vincentius Anno M. DXX. vi eiusdem Priuilegij sese excusasset Vicario & Regimini Cæsareo, quod citatus tanquam membrum S. R. I. ad conuentum Imperialem non com-paruisset, & hinc etiam patet, quomodo factum quod in Recessibus Imperij no-men Abbatis rariùs reperiatur, quod scilicet in alijs ferè Urbibus, quàm Colo-niæ, Moguntiæ, Metis superiori sæculo Concilia celebrata sint, ad quæ licet Abbas euocetur & conscribatur semper, tamen vi Priuilegiorum suorum po-terat ire vel non ire, prout factum frequentius ad Priuilegij vigorem confer-uandum.

*S. 2. Abbas S. Maximini ad Comitata admissus fuit in
ijsque suffragium habuit.*

ID quoque publicè notum est, & apud Aulicum Imperij Concilium proba-rum, & doceri posset ex instructione data Doctori Hieronymo Veussen, qui ad Comitata Imperialia Norimbergam Anno MDXXII. profectus, à Præ-